



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. XXXVII. Digi, seu de digitorum numeris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXXVII.

DE DIGITORUM NUMERIS ET
SIGNIFICATIS,

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

CLARISS. BERNARDINO TOMITANO,
PUBLICO BONARUM ARTIUM IN
Academia Patavina Professore.

Micare tecum digitis libet, TOMITANE honoratissime, Micare mecum? inquit. Nempte. quanta cumq; sis gravitate præditus, micare tamen libet. Quid enim aliud is, qui per digitorum motus varios, numerorum significationes explicare aggressus fuerit, facere videatur, quam ridiculis propemodum articulorum omnium gesticulationibus, modo eos porrigendo, modo contrahendo, colludere dicam, an pueriliter ineptire? Et tamen ipsa rei cognitio aliquid habet, quod eruditus quantumlibet viri minimè sint aspernatori. Quare ausim dicere, aliquid omnino in Digitis meis vel ipso Tomitano non indignum, quodq; forsitan emunctissimam ejus narrem ad libri totius lectionem posse alligere. Multa enim ex eo tempore sunt, quæ temporibus ullis beatoribus quibus industria & ingenium in pretio fuerint, minimè contemnenda videbantur. Sed enim, ut quid de hujusmodi argumento sentiam ingenue fatear, habet omnino aliquam rerum copiam & varietatem. Sed exactissimam diligentiam illam, omnia perquirendi quæ in hujusmodi sententiam dici possunt, neque me præstaturum polliceor, cui plenior esse, per otium, & tam frequenter insectam podagrum, minimè licuerit. Neque tu, qui omnia vitæ meæ rationem optime nosti, id ab occupationibus meis efflagitabis, eo uno contentus, quod hoc, quæ tecumq; sit, mei erga te amoris & observantia argumentum esse voluerim. Cognosco autem ingenium Philosophi, qui tam multa quæ minimè oculis conspicua sunt, ita spectare videatur, ac si rerum suarum imaginibus conformata, suisq; coloribus picta proponerentur. Animam nemo vidit, quam Philosophi intuetur, & ad amulsum factam agnoscat, ac si colossus ingens aliquis aut fabrica quævis admirabilium membrorum artificio elaborata esset.

DE DIGITIS. CAP. I.

Rationi consentaneum videtur digitos primum dividere, & quod illi munus singuli suscipiant explicare, ut ita mox quæ in illis significata reperiuntur aperiamus. Illi enim alio atq; alio gestu dispositis, nunc contracti, nunc porrecti, uti præfati sumus, modo hac, modo illa manu varias habent significationes, ac omnem ferè numerorum rationem explent, cujusmodi plurima in antiquorum statuis reperiuntur, & apud scriptores passim offeruntur quæ non parvam inferant habitationem, nisi aliqua eorum ratio, quod facere proposuimus, expendatur. Tota igitur supputationis ratio in tres partes divisa est, quarum prima digitus, articulus altera, tertia compositus numerus appellatur. Digitus est quicunq; numerus sub denario profertur, & hujusmodi puncta usq; novem, prerogativa quadam, etiam sub numeri nomine singula continentur. Articulus, qui nullo redundante dividitur in decadas, è quorum utroq; compositus numerus resultat, quotiescunque scilicet articuli, sive denarii numerum aut hunc aut illum sibi assumunt. Numeri sedem in inferioribus tribus digitis habent. Articuli conjunctim in indice polliceque. Compositi & hos & illos, prout usui venit, aut explicant, aut in se sunt socialiter. His ita constitutis, operæ pretium est, quos quisq; digitus, quos cujusq; digiti gestus, numeros ostendat, aperire. Primum autem omnium illud constat, levam
manum

*Digitorum
divisio, &
munus cu-
jusque pro-
prium.*

*Digitus
quid.
articulus.*


Compositus.

A manum omnia indicare puncta ab unitate, usq; novem & nonaginta: dexteram vero à centenario, ut ita dicam, usq; ad noningenta. Sed quib. digitis millenariū à centenario distinguatur, magna est inter eruditos controversia, dum alii Bedā, virum quidē non ineruditū, sequuntur, alii probabiliorē quamdam rationē amplectuntur. Beda enim, si modo ille ita scripsit centenariū à lava in dexterā ita transferri tradit, ut quo gestu, quibusq; digitis decē in lava numeravim9, eo centū in dextera designem9: inde ad millenaria descendamus & quibus gestulationib. in lava numeros usq; novē ostenderitimus, illis in dextera totidē millenaria proferamus. Alii naturā ordinē secuti, uti minores numeri majorib. subjiuntur in lava, ita minores summas majorib. in dexteris subditas agnoscunt: ea n. proportio est numerorū ad decadas, quā centenariorū ad chiliadas. Congruū igitur est eorum quoq; hieroglyphicorum figuras ad eorum regulā accommodari. Quare perplexitate, quā in iis, quā Bedā attribuuntur mentes implicat & obturbat, evitata, ita manus statuenda, ut veluti in lava ceptum est ab aurali pro unitate & sociis: ita in dextera ab eodem digito centenariū exordiamur, usq; ad nonaginta. Millenaria vero per pollicē & indicē exprimamus. Atq; ut in lava à numeris per inferiores tres digitos ascensū est ad articulos, ita in dextera per eosdē inferiores à centenariis surrigamur ad millenaria, quo sc. gestu quibusq; digitis in lava decē ostendim9, per eosdē in dextera millenaria explicare incipiamus, quā circa pollicē & indicē longe comodius & convenientius hospitantur. Cujus rei testem appello summā multiplicisq; doctrinā virū Irenæum Theologum ex antiquioribus, qui aliquot etatib. ante Bedam claruit; aperte enim hic scribit: *Unus numerum, quo gestu significabatur in sinistra, translatum in dexteram centena conficere. Sed ponam ejus verba super hoc gestu, in Valent. libro 1. c. 13. A numero nonagesimo nono, qui fuit in lava per unius significationē, transferri in dexteram sibi centena constitui.* Hujus sententiā Græci, & universus recentiorum usus admisit, quos inter egregie princeps Lucas Minoritan9, qui Arithmeticā & partes ejus absolutissime consummavit, ejusq; opus uno omnium ore probatissimū, multis ab hinc annis venit in manus hominū, & habetur in primis. Fuerunt & alii, qui manib. ad hanc feriē, quā ponit Irenæus figuratis, libellos ad mortaliū institutionē edidere. Præterea tota hujus hieroglyphici ratio cum Chaldeis ad amūssim congruit, mirificeq; respondet. Illi enim totā hanc computandi diligentia per lineas expressere, ita inter se distinctas, ut apicib. solum quibusdam additis situ, tantum numerorū varietatē indicarent: quaternā tamen ita posita, ut prima digitos, secunda articulos, tertia centena, quarta millenaria cōmonstrarent, eo quidē ordine, ut qui apex surrectus laevorsum unitatē ostenderat, dextrorsum versus centena præ se ferret: iidē, sed interne vergentes, laevorsum decē; dextrorsum mille signarent, in eum, quem sequenti vides pagina, modū.

Bedā in lava
bro de centena
paribus &
natura rerū

1.	100.	10	1000.
2.	200.	20.	2000.
3.	300.	30.	3000.
4.	400.	40.	4000.
5.	500.	50.	5000.
6.	600.	60.	6000.
7.	700.	70.	7000.
8.	800.	80.	8000.
9.	900.	90.	9000.

Ad Chaldæorum igitur normam, manuum digitorumq; supputationes accommodabimus, earumque volis altera alterius è regione passis, ut unitates centenariis, decades millenariis, ad superiorum hieroglyphicorum instar, opponantur,



*Orontis di-
Elum.
Plutarch.
in Apoph.
Regum.
Olim digi-
tu subdau-
batur ratio
ut nunc cal-
culis.*

Quod vero Orontes Regis Artaxerxis gener, qui ob ejus indignationem quamdam & honoribus a-
motus, & ad ignominiam redactus esset, dixerit: *Quemadmodum supputatorum digiti nunc miriadas,*
nunc unitates præ se ferunt, ita Regum amici nunc plurimum, nunc minimum præstare possunt, non est ut
quispiam hoc ad Bedæ rationes trahat, quasi Orontes intellexerit de dextera laeva; auricularibus, D
in quibus hinc unitates, inde millenaria constitui debeant: insulsa enim est imaginatio, cum Orontes
miriadas hic confusim ad amplificationem oratorio more dixerit: non quod miriadum hieroglyphi-
ca unitati sigillatim opponere cogitarit, sed in univèrsum hinc laeva; digitos, illuc dextera; deligna-
vit. Obstaret Chaldæis & Persis, Irenæo & aliis, Quintilianus, quæ nonnulli ex libro undecimo citant,
eo loco: *Gestus, poculum poscentis, aut verberaminantis, aut numerum quingentorum pollice flexo signifi-
tis.* Quæ sunt à quibusdam scriptoribus notata, ne in rusticis quidem vidi. Sed iidem ipsi, qui quin-
gentorum positum volunt, inficiari non possunt, quin eo loco eruditi plerique viri quinqua; genari-
um potius agnoscant. Non sum vero necius nonnullos esse, qui lectionem apud Bedam detendere
aggrediantur: quippe, quæ in laeva denaria sunt, iidem digitus in dextera centena significare, atq; ita
per

A per eosdem pollicem & indicem per decadem aggregationem ad noningenta usque procedendum: mos cum millenaria fuerint indicanda, ad eisdem dexteræ inferiores digitos descendamus, quod vel natura ipsa videtur abhorrere. Sane Hieronymi verba sunt: Porro centesimus numerus (diligenter quæso Lector attende) si de sinistra transferatur ad dexteram, & iisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in læva nuptæ significantur & viduæ, circulum faciens exprimit virginitatis coronam. Ego, ni fallor, ex his verbis Hieronymum puto eadem tradere quæ docuit Irenæus, dummodo loco suo sententia commatis additis distinguatur. Sententia quidem Hieronymi est, diligenter attendendum: Quin attendamus? Centesimum numerum de sinistra transferri ad dexteram, & iisdem quidem digitis, non eadem manu circulum facientem exprimere virginitatis coronam. At explicavit se aptius inquit, dicens: quibus in læva nuptæ significantur & viduæ. Scimus quidem in læva unguem indicis, quasi ad osculum molliter applicatum, maritalis conjunctionis hieroglyphicum ab eo viro doctissimo positum: quod loco suo plenius commentati sumus. Viduas autem per sexagesimum ostendi, qui numerus per indicem eiusdem lævæ, qui extremum pollicis articulum arcu complectatur, exprimitur. Idem fatentur omnes. Sed Hieronymus ne fallamur, admonet, transferri numerum centesimum ab læva in dexteram, per digitum & gestum scilicet, qui unitatem in læva constituit, in dextera certena conficiat, atque ita de cæteris. Atque hoc est quod ait, Sed non eadem manu: quam manum? eam intelligit qua non utimur in centenis, cuius scilicet digitis nuptæ significantur & viduæ, quarum manuum hieroglyphica superius & explicaverat, & ingeniose interpretatus erat. Sed quo modo corona hæc, dicit aliquis, circumflectetur in auriculari? Respondemus: si digitum eum ita inflexeris, ut digiti ejus unguis mediæ palmæ tuberculum appetere videatur: id ita coronæ plexum imitabitur, ac si arboris cujusvis ramulum ita flexeris, ut cacumen ejus ad locum, unde germinare cœperat inflexeris. Nam gestus hic (ut quod necesse est eidem repetamus) in læva unum significat, centum in dextera, ut singula copiosius suis quæque locis enarrabuntur. Nunc quoniam lectorem aspera & morosa forsitan disceptatione delassavimus, libet in hujus gesticulationis sententiam lepido Nicarchi epigrammate aures animumque aliquantulum delinire. Jocatur enim in Cotyttarin annosam vetulam, quæ præcano cum esset capite multæque dicacitatis, ac Nestori comparata, nondum eum ita grandævum esse sineret, quæ Cervos annis superesset, ea ætatem suam lata manu veram dissimulans inciperet numerare, tamen & viveret, & luminis beneficio fruere, & firmis ingrederetur pedibus, æque ac si esset adolescentula. Quare maxime verendum ne Plutoni sinistri aliquid acciderit. Sed Nicarchum ipsum audiamus, quem falso quidam Nicandrum vocant:

Ἡπολιὴ κροτάφοισι κοτυτάρης ἢ πολύμουθου
Γραῖα, δι' ἣν Νέτωρ σὺν ὀπί περὶ βύταται,
Ἡφ' αὖ ἀθρήσου' ἐλάφου πλέον, ἢ χειρὶ λαίῃ
Γήρας ἀρβυμῶσθ' ὀδύπρον δέξα μὲν,
Ζώει, καὶ λίσσασθαι καὶ δέπνισθ' οὐδ' ἔτι Νυμφῶν,
Ὡς με δισύζων, μὴ τι πέπονθ' αἰδῆς.

Quod si quis Epigramma ipsum Latine sibi cani postularit, id hujus est sententiæ:

Multum garrula anus, caput omne Cotyttaris alba,
Propter quam Nestor non sit adhuc senior:
Quæ Cervos annos superarit, quæque sinistra
Vita iterum cœpet connumerare dies:
Vivit adhuc, cernit, pede firma est, virginis instar,
Plutonem ut dubitem passum aliquid gravius.

Et quoniam in Nestoris ætatem incidimus, synepœja postulat, ut quatuor etiam Juvenalis carmina subjungamus:

Rex Pylius, mago si quisquam credidit Homero,
Exemplum vitæ fuit à Cornice secunda.
Felix nimirum, qui tot per secula vitam
Distulit, atque suos jam dexteram computat annos.

Sat. 10.

UNI-

*Et quo ex-
p'icando
hallucina-
tu credi-
tur Damit.
Calderianus*

Sed jam serato itinere, sopitisq; controversis, ad ea, quæ liquida manifesta que sunt, procedamus. **D**igito sive ipso erumpere gestientes è carceribus emittamus: primumque spatia corripiant auricularis, alter & alter, quorum qui in læva est uno omnium consensu unitatis indicium est, si unguiculum ad medium volæ tuberculum advertat, quasi coronam quamdam flexere meditetur. Itaque si fasces à dextera alicujus statua fuerint, læva vero eo gestu prætendatur, primi Consulatus hieroglyphicum apparebit, vel si alia fuerint insignia alicujus honoris indices, primum eo positum ostendet, atque ita de reliquis.

CENTUM. CAP. III.

*Virginalis
numerus.*

Ab hoc lævæ digito ad eundem dexterae conversi, eodem gestu quo illo unum, hic centum, ut jam constare potest, significari profiteamur. Neque id prætereundum, quod centenarius numerus Virginalis, ut sacrarum literarum interpretes tradunt, appellatur: de quo apud Mattheum habetur c. 13. Quandoquidem iis, qui vitam recte, pie, sancteque instituerunt, tria sunt proposita premia, vel fructuum proventus: aliis tricenarius, aliis sexagenarius, aliis centenarius. Tricenarius quidem iis, qui maritalem secuti vitam, eam conjugio minime contaminato peregerunt: nam numerus atque integre custodierunt. Et sexagenarium annorum numerum viduitatis esse idem ostendimus. Centenarius demum iis, qui virginitatem intaminatam incolumemque ad ultimum usque vite terminum servavere. Eucherius centenarium hoc præmium non tantum ad virginum merita, verum etiam ad martyrum mercedis præmiaque proposita contendit. Hierosolymitanus Helychius perfectissimum, ait, centesimum ideo concipimus, quia quinquagesimus, quæ spiritus amplectitur: unde Pentecoste Spiritui sacra. Bonorum vero operum fructus, qui messem omnem excellit, in Evangelica lectione ad centesimum usque cumulatur. Adamantius quoque numerum hunc plenum in omnibus atque perfectum autumat: aitque totius rationabilis creaturae sacramentum intra se continere.

*Maritalis
numerus.
Viduitatis
aut caliba-
tus nume-
rus.*

DUO, CAP. IV.

Alævam autem, unde digressi sumus, revertentes, si, uti de unitate dicebamus, aut Consul, aut Imperator, aut Dictator, vel quid hujusmodi fuerit, qui dignitatem eandem sibi accessisse indicare voluerit, non infulse statuam ponet, in cujus manu læva anularis digitus eodem inflectatur modo, atque eodem loco cum ipso minimo applicetur. Duo enim, vel bis, vel iterum, eo gestu exprimi manifestum.

CORPUS VEL IMMUNDITIA. CAP. V.

*Dualis 'nu-
meri mysti-
ci sensus.*

Ipse vero dualis numerus mystico significato corpoream indicat naturam, & pro immundis accipitur in sacris: quod is numerus sociandis generandisque corporibus aptari solet, de quo videndus Adamantius libro tertio in Epistolam Pauli ad Romanos, ubi de propitiatorio loquitur. Submonet Divus Hieronymus in hanc sententiam adversus Jovinianum, animadvertendum esse juxta Hebraicam veritatem, in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & sexto die, expletis operibus singulorum subjectum esse: *Et vidit Deus quod esset bonum*, in secundo vero die hoc omnino subtrahitur, ut admoneremur non esse bonum duplicem numerum, quod ab unione dividat: nam unitas tota Dei est, dualitas vero significet hieroglyphice fœdera nuptiarum, quibus ubique Hieronymus paulo inferiorem ostentat.

*Sed & mo-
tus multu-
tudinis &
opinionis
symbolum*

DUCENTA. CAP. VI.

Eodem vero ipso gestu quo in sinistra duo, in dextera digitus, idem DUCENTA significat.

III. CAP. VII.

Medius autem, quem nonnulli Medicum, plures Infamem & impudicum appellant, ita pedes duos inferiores incurvatus, ac si citharæ cuspisiam filo una serie gestuque apprimens, et

A sent, ternarium effingunt numerum. Quodque superius de titulis & honoribus attigimus, ubi terge-
mini cujusquam notandi essent, hoc assumi potest hieroglyphicum.

ANIMA, DEUSVE. CAP. VIII.

Sed ipse etiam numerus suum habet significatum: quippe qui incorporeæ naturæ consecratus, Ternarius
nunc anima; nunc Dei simulacrum, hieroglyphicumque est, de quo multa Pythagorici, multa
etiam veteres Theologi disputarunt, quæ brevitatis causa sunt prætereunda. Illud tamen non omit-
tam, Propitiatorium in divinis institutionibus longitudine duorum cubitorum & semis fieri deman-
datum, ut id Christum hominem significaret, quod & apud Paulum epistola ad Romanos habetur:
qui quidem licet verus esset homo, quem proposui Deus propitiatorium per fidem in sanguine e-
jus, aliquid tamen habuit quod humanam excederet naturam, tria tamen non exæquaret: nam
pater eo major est. Sed si quis hæc apertius declarari sibi voluerit, ad ejus epistolæ interpretes ac-
cedat. Quod vero paulo ante binarium malum esse dicebamus: sacerdos Heli, cap. XII. I. Regum
dualem numerum pessimi spiritus esse suspicatur, uti Dei ternarium. Nam cum Angelus Domi-
ni Samuelem bis vocasset, tertiam vocationem expectandam duxit, ut vocem divinam esse co-
gnosceret.

CCC. CAP. IX.

Eodem gestu digitoque quo tria in sinistra, CCC. in dextera significantur. Sed & vocabulum
ipsum suas habet significaciones. Trecenta siquidem pro magno admodum numero ponuntur, *Vir. Æn.*
ut apud Catullum: *Expecta hendeca syllabas trecentos. Quos complexa simul tenet trecentos*, & multa
hujusmodi, etiam apud alios: *Et trecentenas erroribus impleat urbes. Trecentum nivei tondent dumeta
juveni. Trecentum tonat ore deos.* Sane cum superius centenarium plenum atque perfectum nume-
rum esse ostenderit ex Adamantio, eundem triplicatum, supremum quid significare nulli dubi-
um relinquitur. Sed tercenteni in Arcæ longitudine cubiti, ostendunt hominem qui sit à centena-
rio lapsus, hoc est, qui à tota rationis summa per ignorantiam deciderit, facile posse per Patris, &
Filii, sanctique Spiritus cognitionem in trecenta restitui. Hic autem animadvertendum est, posse
nos gestuum conformationibus illud conjectari quod ait Plinius libro xxxiii. cap. vii. Janum à
C Numa rege dicatum digitis ita figuratis, ut cccxv. dierum nota, per significationem anni, tempo-
ris, & xvi se Deum indicaret.

CCCLXV. CAP. X.

Cum itaque Plinius dicat, *digitis ita figuratis*, verisimile non est, quod nonnulli putant, in dextera
in sculptam fuisse literam T, quæ apud Græcos trecenta significat, in læva vero Z & E, quæ sexa-
gintaquinque supputant. Dicamus igitur ejus statum dexteram eo gestu figuratam, ut ea exporrecta
tres inferiores digitos graduum in morem incurvatos haberet, qui gestus, uti dictum, trecenta si-
gnat: lævam autem, ut paulo inferius patebit, ita conformatam, ut index pollicis ungui circumdu-
ctus arctissima eum circulatione complecteretur, infamis vero mediam palmam versus adcurvaretur,
duobus reliquis extantibus quantum cumque porrigi potuerint: ita enim quinque & sexa-
ginta describit: annum enim ad hujusmodi dierum numerum intelligi debere civiliter Pandect. ul-
timo Paulus ait. Et intercalarem, quo scilicet bis sexto calendis Martias dicimus, quarto quoque
anno nihilo secius eodem dierum numero supputari, manifestum: quia duo illi dies unius vice ha-
bentur, nec interesse ait Celsus, utrum priore an posteriore die quid actum sit.

IIII. CAP. XI.

Trium igitur numerorum gestibus ita positis, insequentium aliorum trium ridicula propemo-
dum sese offert gesticulatio. Nam quatuor exprimere cum volumus, minimus sustollimus re-
liquis in incurvatione sua permanentibus. Ita *quartum Cos. Imp. Diss.* & reliqua.

CCCC. CAP. XII.

Eadem ratione modoque in dextera iidem compositi digiti, CCCC. constituunt. Nec super hoc
aliud ad negotium.

M m m

V. CAP.

*Quinarii
hierogly-
cum.*

Quinque autem, aut quinquies ostendere qui volunt, annularem & minimum exporrigunt, impudicum palmam versus incurvant, uti in Jani statua dicebamus. Neque quidem hoc tantum signo quinarius significabant Ægyptii, verum etiam per sculptæ Stellæ hieroglyphicum, propterea quod, ut Horus ait, ex innumerabili stellarum multitudine quinque; tantum sunt ea prerogativa prædita, ut mundi, quod illi aiebant, curam gererent, humanis rebus omnibus consalerent, nihil; apud mortales fieret, quod ab earum arbitrio non penderet. Ego, si mihi dicere liceat, desumptum prædiorum numero, quo Stella piscis insignita est, quod & Naturalis historiæ scriptores tradunt, & ego in Anconitanum littus ejectionis magno numero conspexi, & manibus meis atrectavi. Sedenim de hac plura loco suo in Cœlestibus enarrabuntur.

SENSUS. CAP. XIV.

*Quinarii
numeri
mysticus
sensus.*

Ed & ipse quinarius numerus quomodo cumque descriptus figuratusve, suam habet hieroglyphicam in sacris significationem: pro quinque enim sensibus accipitur. Unde illud Ambrosii per vulgatum de quinque virginibus prudentibus, & totidem fatuis. In antiquioribus vero Mosæ præceptis, qui peccasset in sanctis, tantumdem reddere jubebatur, & ad illud quintas adicere, quod in exemplaribus Græcis *ἑνὴν πέντε* legitur, ut scilicet ita intelligamus: *Si quis de sacris vel oblationibus vel muneribus in usum pauperum erogatis, aut pro templi adificatione, alteriusve voti operis adsignatione datis, quinque, intervortisset, oportere eum quinque, sarta tecta reddere, mox peccati veniam imploraturum ἑνὴν πέντε adicere, hoc est, & alteram quinque, & aliquid insuper auctarii. Quam sententiam Cyrillus examinans ita meditatur: Si quis, inquit, quinque, sensuum opus perverterit, & debito honestoque unumquemque officio defraudaverit, oportere eum synceros illos, & integros Deo restituere, mox alios quinque interiores adicere, & horum omnium denique summam & solidationem quandam superaddere, firmum scilicet bene agendi propositum, si Deo satis ex asse facere voluerit. Eodem facere videtur, quod ab uno mense ad quintum usque annum didrachmæ quinque; hoc est, ut Hierosolymitanus Hefychius interpretatur, quinque sensuum perfectio, sit oblatio: quæ ideo per geminarum numerum exprimitur, ut intelligamus, ea quæ puer sensibilibus videt, audit, gustat, odoratur, & tangit, ea etiam conduplicet, dum ad intellectum ea accommodare fuerit institutus.*

QUINGENTA, CAP. XV.

Idem gestus ex iisdem digitis in manu dextera, quingenta supputat.

VI. CAP. XVI.

*Capit. 19. &
Censori-
um c. 12.*

Anularis vero in læva solus incurvatus, auriculari & aliis exporrectis, senarium ostendit, de quo multa apud Macrobius libro 6.

SEXCENTA. CAP. XVII.

In dextera vero eodem depositus modo sexcenta colligit, qui numerus apud Latinos pro maxime ingenti copia, numerosissimaque multitudine, ac propemodum infinita, hieroglyphice proferri solet. Ad Atticum Cicero: *Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi.* Ad eundem idem: *In quo multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea alia.* Lepideque Plautus, Captivis, *Sexcentoplago* nomen fecit illi, cui plagæ innumeræ nunciabantur. Sed ne sexcenta ejusmodi proferam, ad reliqua enarranda progrediar.

VII DCC. CAP. XVIII.

Is jam trium digitorum spatium decursis, tertium iterabimus, quod palmam moveat. Facta igitur ad auricularæ repetitionem, eum dicimus, quantulumcumque porrigi potest, ad imum usque palmæ tuberculum appressum, septenarii numeri signum esse. Et in dextera, septies centeni. Eo vero gestu componendo medius quoque adfectu cogitur, ac veluti gnomon horarius supra anularem prominere, ut ea sit ejus digiti figura, quam trapezita nunc in septenario notando delineant, in hoc scilicet signum 7.

CEN-

CENTURIO. CAP. XIX.

AC, ne lene quid attigisse videamur, eadem trapezitarum nota in plerisque veterum monumentis ^{Nota 7a} adsculpta, centurionis signum habebatur. Ostendit mihi Romæ vetustum admodum monu- ^{Centurio} mentum ex marmore Thomas Petrosanctus, vir antiquitatum huiusmodi studiosissimus: in quo ^{& nra signum.} signum id incisum, erat, & verba rem interpretantia, in hunc modum addita.

SIGNUM CENTURIONIS, 7. CAP. XX.

ET Bononiæ inscriptionem vidimus ad C. Petronii ædem, in qua signum idem eodem significato incisum spectatur. Romæ etiam apud Paulum Cæsium Cardinalem inscriptionem vidi ejus notæ, quæ sic incipit:

M. POMPEIO. M. F. ANIASPRO 7. LEC. XV.

APOLLINAR. 7. COH. III.

& quæ multa ibidem insculpta sunt militaria, de quibus in Armorum commentario abunde meminimus.

DEUS. CAP. XXI.

NON erat autem otiosum Septenarii nomen, quod hieroglyphicum esse Dei Philolaus asseverat: ^{Septenarii numeri} quippe quod ea sit ejus numeri prærogativa, ut ipse sibi similis, alter ab aliis sit, veluti Deus, dux & princeps universorum solus, semper singularis & immobilis. Inter enim ea, quæ intellectu percipiuntur, septenarius sine motu est, neque quicquam patitur. Nam alii numeri partim generant non ^{prærogati-} geniti, partim generantur, cum minime generent: alii utrumque; obeunt munus, solus vero septenarius utriusque conditionis immunis. Unitas quippe à nullo profus genita, numeros omnes quotquot habentur, generat. Octo vero generantur à bis quatuor, nullum autem generant. Nam numeri hic infra denarium intelliguntur. At quaternarius eorumdem, & parentum & liberorum jus obtinet, octonarium quippe gignit, à bis duobus ipse genitus.

PALLAS. CAP. XXII.

QUORUM cum nihil accidat septenario, quod sine matre sit, quodque virgo Palladi assimilatur, & quorundam symbolico hoc utentium idiomate mos fuit summi Dei sapientiam vocabulo signoque; Palladis interpretari: quanquam ubi figuras mathematicas aliquot hoc commentandi genere declaravimus, ternarium & quæ septenarius significata habeat in Divinis literis, dicenda sunt hic satis fuerit pauca hæc attigisse.

OCTO OCTINGENTA. CAP. XXIII.

MEDIUS itaque auriculari adjectus, ita ut una cum eo extremam volæ partem apprimat, octonarii numeri hieroglyphicum erit in læva: in dextera octies centena recensita indicabit.

IX. CM. CAP. XXIV.

MEDIUS demum ad extremam palmæ volam, una cum duobus inferioribus applicatus, ita ut totam obtegant, novem in sinistra constituit, in dextera novies centena.

MULTITUDO, CAP. XXV.

EST etiam novenarius ipse numerus hieroglyphicus: quippe qui se non intra cutem contineat, sed ^{Novenarius numerus.} effusus plurimos significet, quod Theon observat in Arati carmine, *ένναγήρα κορώνη, non quod novem, inquit, ætates vivat, sed quod perquam diu, ut Tibullus.*

Vivere Cornices multos dicuntur in annos.

Apud Nicandrum *ένναδέκην* lego leges, pro, aliquot præditum aculei. Idem *ένναδέστωας σφονδύλης* in Scorpium cauda ponit, cum septem tantum in ea compages enumerentur. Pro multis igitur novem posita interpretes agnoscunt, de quo satis in Scorpium commentario. Quin & Alcæus Hydram *έννακάφαλον* eadem ratione dixit, cum Simonides eam *πεντηκοιτακέφαλον* tradat. ^{En. lib. 6.} Quem imitatus Maro, ita super ea:

Μημ 2

Quin.

Quinquaginta atris immanis biatibus hydris.

Ad hoc etiam facit quod Hesiodus novem inquit noctes Jovem cum Mnemosyne jacuisse, unde Musarum prolem susceperit. Oportere enim, ajunt interpretes, eum diu studiis incumbere, qui sit mos aliquod ingenii atque doctrinae memorabile testimonium relicturus.

Nam decem Bos lucra per annos

Parturit, ingentem prolem paritum, niteusque

Dentis ebur, decora ampla virum, decora ampla Deorum.

DENA. CAP. XXVII.


Postquam igitur digiti tres inferiores triplici decursu ludi sui partes peregere, athletas nunc spectabimus: pollices quippe, indici unumquemque suo commisos: varia quorum colluctatio a lava theatri parte per decadum campum, altera vero ad dexteram lucta per numerosissimam chiliadum arenas exercebitur. Erit igitur conflictus primus lava index in primam pollicis sui suffraginam unguem affigens, quem attractus pollex ita urgeat, ut colluctatorem strangulatione quadam elidere videatur. Hieroglyphicum hoc denarium, alterum vero ad dexteram millenarium recensebit. De denario locus patet apud Apulejum Apologia: *Si triginta annos pro decem dixisses, posses videre pro computationis gestu errasse, quos circulate debueras digitis aperuisse.* Quo vero pacto digiti tricenario peracta, vel incumbente, decem linearum quae in plano ducendae essent, hieroglyphicum esse. Puto ego hunc exprimere voluisse denarium numerum: cujus scilicet denae unitates per lineas totidem significari, tanquam per puncta, solitae essent, quae apud Aegyptios ejusmodi tantum figura comprehendebantur: compendiosam enim rationem aliquam in numerorum notis nationes omnes, quaeque suam excogitarunt. Omnino enim codices quos inspexi, omnes eo loco mendosi sunt, praesertim impetiti, qui sic habent, *γραμμὴ ὀρθὴ μία ἀμὰ γραμμὴ ἑπτακαμυβὴν δέκα γραμμάς ἑπταπένδαι σημαίνουσι.* Sed & in manuscriptis aliquid desideratur, quorum minus corrupti ita habent, *γραμμὴ δεξὴ μία ἀμὰ γραμμὴ ἑπτακαμυβὴν ἢ δέκα γραμμάς ἑπταπένδαι σημαίνουσι*; quorum haec est sententia: *Linea una recta, una cum altera superne sibi adscita linea vel hic vacuum vel decem lineas planas significant.* Puto autem lineas illas ita ducendas. $\bar{\Gamma}$. Nam aliquid simile apud nos est cum linea plana superne ducta, cui puncta numeralia subjiciantur, quae singula unitates ostendant, duplicatum numeri tantundem significat, quot sunt signa, quae planae illi lineae subdita conspiciuntur, ut $\bar{\Gamma} \text{IIII}$ aut $\text{IIII} \bar{\Gamma}$ pro sex. vir, & Decemvir. In Aegyptiaco vero signo, superior illa linea producta ostendere videtur, licet una tantum signata sit. x. tamen sibi unitates adsciscere. Quod vero de duplicandis punctis dicebamus, multis potest veterum inscriptionibus confirmari, sed unam tantum exempli loco ponam, quae Venetiis apud clarissimum virum Danielem Kanerium Senatorem, antiquo lapide ita notatam inspexi, $\text{IIII} \bar{\Gamma}$ pro sex. vir, & Decemvir. Intelligendum enim est puncta illa quatuor, linea illa superne ducta, duplicari. Quod vero ad Horum attinet, id ideo appositum, ut castigatiorem codicem quaerendum admonerem. Nec me latet Probum de notis antiquorum, ejus lineae superne ductae signum ad millenarium usque provehere: sed in eo libro multa sunt multorum arbitrio, atque etiam errore, inculcata, neque rei cuiuspiam sana intelligentia magis nostro tempore desideratur, quam inscriptionum ejusmodi vera cognitio. Ad id vero quod supra lava pollicem indici, quippe decadas chiliadibus, respondere aserebamus. Romani quoque ad Aegyptiorum, Chaldaeorum, Persarumque imitationem, cum decem significarent, per x. duplicem literam suam, quod deusatio, qua insignis est, locutionem denarii saperet, mille facturi, litera eadem in suo jure conservata, capite tantum a dextera lavaque oppositis semicirculis, cujusmodi alii apostrophos, alii, ut Victorinus, Sicillos appellaverunt (est enim sicilicus ponderis certi mensura, quae signo hoc \odot figuratur) conjungere: ac ita ex X. litera, ut dictum est, sua, \odot millenarium hieroglyphicum tormavere, uti quo gestu lavae digiti decem ostendunt, eodem dexterae mille proferunt. Quamvis Priscianus, qui nihil non arrogat Graecitati, id secundum Atticos, quibus χ alia mille sunt, factum velit: atque ideo veluti illi ad hunc numerum prima tantum nominis litera usi sunt, quippe x. ita nos M. pro mille posuerimus.

X. nota a
pud Roma
nos atque
picio.



fuermus. Sed hoc non vincit, quin notam eam, quam supra posuimus, a sua potius litera, quam a graecanica Romani desumpserint. Non est autem hic praetereundus Ciceronis locus, epistola ad Tironem, quae incipit: Quid igitur; non sic oportet? ubi in vulgatis codicibus scriptum, *Helluo nequissimus sestertia CC. dabat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla cassa.* In veneranda antiquitatis codice bibliothecae Mediceae, ita Florentiae scriptum observavi: *Helluo nequissimus H-S. mille dabat: id sestertia mille dabat,* indicat. Idem hieroglyphicum in multis antiquorum memoriis animadverti, notumque est Ravennae marmor vetus ita inscriptum: OB MEMORIAM PATRIS

SUI DEC. VII. COLLEGII FABR. MR. H-S. N. LIBERALITATE DONAVIT. & quae sequuntur: hoc est, *Decurionibus septimi collegii fabricum municipii Ravennatis sestertia mille numum.* Hac vero etiam apud antiquarum inscriptionum impressores ineptissime corruptissimeque edita sunt.

Idem in antiquis inscriptionibus indicant  de quibus loco suo, ubi quinquagenarii numeri hieroglyphicum profequemur. Sunt qui milenarium, per miliariae spicae hieroglyphicum cum indicent, neque quidem authores absunt, qui genus id segetis nomen a maximo granorum numero, mille scilicet, accepisse tradant, ut in spica dictum.

XI. XII. & reliqua. CAP. XXVIII.

His igitur eo gestu constitutis, ubi accidisset ut denarii reliqui etiam numeri infra x, adjungendi essent, trium illi, ut ostensum est, inferiorum digitorum flexionibus porrectionibusve significabantur: Undenarius quippe, indice ac pollice pro decem circulatis, auriculari mox eo loco, ubi unum significat, adflexo: Duodenarius, firma denarii circulatione permanente, annulari ad auricularem adjecto. Ita reliqui numeri usque ad unum de viginti prout per inferiores digitos ostendi, satis explicatum.

XVI. CAP. XXIX.

Quoniam vero sextodecimus numerus inter hos collocatus, ejusque significatio magni apud Aegyptios momenti fuit, & jam constat numerum eum per medium molliter inflexum, & indicem & pollicem circulos significari: nunc quid ipse sibi velit numerus, videamus.

VOLUPTAS. CAP. XXX.

Sane quidem Aegyptii Sacerdotes per ejusmodi numerum eo, ut verisimile est, gestu signatum, voluptatem praecipue Venerae indicabant. Ab eo siquidem annorum numero adolescentuli ad muliebres consuetudines, & oblectamenta nequitiae inceperant animum applicare, licet ad ter septimum usque annum semen infecundum esse dicit Aristoteles. Quod si prolificum sit, vel exigua, vel imperfecta generari autumat. A bis septimo autem anno pruritu Veneris incitari vult, a quo etiam tempore pubescere primum incipit, stirpesque imitari, ut Alemæon Cratoniata ait, quae semen latere florescunt prius. Atque hic ille est aetatis flos, de quo saepius apud authores, ut apud Terentium: *Anni? sedecim, aetatis flos ipse.* Et Ovid. Philosophiae istiusmodi non ignarus, cum Narcisum ostendere vellet ejus jam aetatis, ut amoribus dare operam posset, ait:

*Jamque ter ad quinos unum Cephisius annum
Addidit.*

Indicium autem incepti coitus est vox crassior & inaequalis, quae secunda fere omnibus hebdomade, vel saltem incipiente tertia, evenit, & subalaris odor. Aristoteles id *τρυφή* appellat. Antiqui nostri, ut Censorinus ait, Hircuitallire dixerunt, & quibus corpus olere incipiat, Hircuitallos. Nam annorum quatuordecim vel *πένδεκα*, vel *Φηέον* appellabant, ad sexdecim vero *ἑξήκον*, ut Terentia num illud obiter interpretemur, *Postquam is excessit ex ephebis*, quamquam *ἑξήκον* quoque unica locutione Graecis dicitur de grandiore jam adolescentia. Ad stipulantur huic Aegyptiorum commento Astronomorum traditiones super aetatum affectibus: illi enim Lunam ad quintum usque annum infantem propemodum ducere dicunt; decennium inde Mercurio adscribunt unde illud ejus aetatis

*In Eunuchis
Ovid. Metam.
Ad verbum
ex Censori-
no cap. 4.
Hircorum
more coitus
appetere.
Censorinus
ibidem Puerum, vel puerum, Ephe-
berem.*

tis studium rerum plurimarum, & mutabilitas, & inconstantia, ut modo hoc, modo illud appetens hinc gestiunt paribus colludere, temereque iras colligunt atque ponunt, & ut Horatius ait, *mutantur in horas*. Mox hominem sextodecimo ætatis anno in veneris ditionem devenire asserunt. Ad hunc usque annorum numerum & Servius Tul. & Terentius Varro pueritiam protraxere. Nam Rex in Institutionibus suis pueros ad sextumdecimum usque ætatis annum appellavit, ad quinquagesimum Varro Juniores ille à sextodecimo, ad sextum & quadragesimum usque dicit, adolefcentes hic ad trigessimum usque. Quod reliquum est ætatis apud illum seniores habentur. Apud Varronem à trigesimo ad quintum & quadragesimum, juniores, inde seniores, ac demum senes appellantur. Diversa hæc aliquantulum ætatis descriptio apud Pythagoram, qui vitam hominis quatuor ætatibus divisit, viginti unicuique annos impertiens: pueritiæ: adolescentiæ, juventuti quam Latini virilitatem potius appellarunt, ac senectæ demum: quas totidem anni temporibus æquiparavit, ut suo loco singula tractavimus.

EXCESSUS. CAP. XXXI.

Sedecim pedibus superare benedicendo ornatores.

PRæterea sciendum est, hunc quoque numerum ex eorum esse classe, qui multitudinem, excessumve significant. Cum enim dicimus sedecim pedibus superare, intelligimus maximo excedere intervallo. Usurpatum ab Aristide, qui Periclem dixit *ἐκκαίδεκα πόντων αἰρήνας τὸς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις*, Ab Eupoli, ut Bruto ostendit Tullius,

XX. CAP. XXXII.

Signum numerum XX. & XXXIII.

Cum vero xx. significare vellet, pollicarem unguem infimæ indicis suffragini (ut hoc proreutar vocabulo) adprimebant: ubi scilicet index ab infami incipit separari. Beda vero, cuius codicem in damno esse suspicor: non enim adduci possum virum tam eruditum ita scripsisse, ut infamem hieroglyphicam ejusmodi admiseret, quippe qui apud eum scriptum legerim, impudici summitatem inter nodos indicis & pollicis arête figendam esse, quod si quis facere meditetur, id sublequetur incommodum, ut neque quo pacto possis tria & viginti demonstrare, neque unum de triginta representare, & alia multa ejusmodi: cum in xxxiii. ostendendis tres illi inferiores digiti ac cilius contracti, lineæ, quæ palmæ ejusdem flexu media fit, ita applicandi sint, ut trium graduum speciem præ se ferant. In novem vero & viginti notandis, iidem digiti quantum exporrigi possunt, ad palmæ usque radicem apprimantur. Quare necesse est decadas omnes, indicis & pollicis tantum gestulationibus explicari, nullo eorum in societatem admisso digito, qui partem eam quæ Numerus vocatur, indicent. Ac ne quis autoritate cujuspiam decipiatur, Erasmus ille multificus, qui scholiis in Hieronymum ad Jovinianum, ubi de virginitatis agitur hieroglyphicam per coronam expresso, inepta quædam somniaverat, quæ nemo unquam eruditorum cogitasset: cum errorem mox recognovisset, dum cognitora, ut ipse dicit, traditurum se profiteretur, loco hoc impegit in Bedam, imo in vitiatum Bedæ codicem. Eandem jacuram fecit in quinquagenarii nota, cum apud Bedam scriptum sit corruptissimè de *ε* Græcæ literæ similitudine, quod loco suo, suæ dabitur luci.

Erasmus sua emendat.

VOT. XX. CAP. XXXIII.

Utræ pretium mihi videtur, anteaquam vicena hæc amittam, quid sibi velint notæ vot. xx. in m. Omnis & aris, vel, ut vulgus ait, triumphalibus arcubus, explicemus. Dicimus itaque fieri solum id in salutis augurium, cum scilicet S. P. Q. R. vovebat hæc vel illa sacrificia se laturos, ludosve celebraturos, aut ædes dedicaturos, si præscriptio annorum spatio Respub. in eodem statu permanisset, quo tunc florebat cum vota suscipiebant. Hinc apud Cornelium Tacitum legas, salutis augurium quinque & viginti annis omisum repeti, ac deinde continuari placuisse Claudio Imperatori. Fuisse vero salutis augurium in hunc modum, ait Dion, ut si Deus permittat, salutem populo poscerent: quasi ne salutem quidem à diis petere fas sit, nisi prius hoc ipsum dii concesserint. Observabatur autem quotannis dies una, in qua nullus ad bellum exercitus proficere poterat, nemo contra hostem se pararet, nemo pugnaret, quod in bellis civilibus haudquaquam observari poterat.

A poterat: hoc salutis augurium, cum aliis ceremoniis jam abolitis, restituit & Augustus Cæsar. Apud Livium sæpe reperias vota ejusmodi facta. In ara sive arcu Constantini Romæ vor. xx. scriptum, aspicias. In numo Maximiani Pœni vor. xx. in media laurea positum. Ita plerisque aliis locis & numis, vor. x. alibi, vor. xxx. votis quippe decennialibus, votis vicenialibus, tricennialibus: scilicet voti solum: quod ita postea posteritati commendabant, factis aut ex ære aut marmore monumentis.

MULTITUDO. CAP. XXXIV.

Illud autem scitu non indignum, quod vicenialis numerus multitudinis significatum habet, de quo Theocritum legas:

Ἐν τῷ ἐνδύματι ὀφθαλμοῦ ἐν δὲ πάλῳ.

Viginti natorum Hecube neq; maximus Hector.

Ubi Poëtam numero abusum ajunt interpretes, pro multorum: propterea quod sit numerus multitudini maximè congruus, quod etiam apud Simonidem observant. Homerus in ejusmodi significatum Undeviginti posuit, quod Latini uno minus viginti dicere consueverunt.

DUO MILLIA. CAP. XXXV.

Vlcena superius eo gestu figurari ostendimus, cum pollicis lævi unguem in eum indicis & infamis infimum locum, ubi digiti illi duo divaricari incipiunt, affixerimus. Idem gestus iisdem digitis in dextera, duorum millium est hieroglyphicum. Neque ultra repetemus, quæ super hoc gestu perperam à quibusdam aliis excogitata sunt. Sed ad calcem festinantes, triginta jam & ter millia proferemus.

XXX. CAP. XXXVI.

Triginta, uti ex Apulejo dicebamus, in denario indicabantur, indice & pollice ad apertis: ita tamen, ut utriusq; unguis ad osculum quodammodo coirent blando, inquit, amplexu Beda. Hieronymus eorum digitorum conjunctione molli.

NUPTIÆ. CAP. XXXVII.

Est vero numerus tricenarius nuptiarum hieroglyphicum, ut sacri Evangeliorum interpretes super Matthæo, affirmant, quod non multum abest ab eo numero per quem Ægyptii maritalem copulam, sive, ut apud Horum est, maris & fœminæ congressum significabant: geminæ quippe voluptatis interventu. Nam cum numerus, ut paulo ante dictum est, xvi. voluptatis signum haberetur, illi mox duo atque triginta nuptiarum hieroglyphicum esse constituerunt. Nuptiæ vero conjugalisque conjunctio eodem hic significato accipiuntur. Qui quidem congressus utriusque voluptuosus, cum, ut Ovidius diceret, utrimque resolvat, geminari idem tamen poscit ipsum voluptatis signum. Atque hoc illud est in Divinis literis, quod trigesimus annorum numerus pro maritali copula ponitur. Unde fructus ille trigesimus, qui offertur Deo, cum conjugalis vita castè puriterque, & nulla alterutrius partis injuria cum fide peragitur. Commodè vero fecerimus, si rem hujusmodi sculpturi, eam non ex duplicatis xvi. vel ex integro xxxii. fecerimus, ac manum ipsam ea specie composuerimus, ut xxxii. repræsentet, unguibus, uti dictum est, lævæ manus duobus illis ad osculum coëuntibus, anularique & auriculari in flexum palmæ appressis, ut duo significant addita tricenis.

TERNA MILLIA. CAP. XXXVIII.

Idem gestus in dextera, qui xxx. in læva demonstrat, tria millia significat. Quæ fuerint vero apud Romanos millenariorum notæ, quæ paucissimis ætate nostra patuerunt, quæ earum ratio, in quinquageno & quingenteno numero copiosius explicabimus.

XL. CAP. XXXIX.

Quod si pollicis ejusdem suffragio lateri vel dorso in læva ejusdem indicis superinducta sit, ita ut signo facto digiti ambo quantum fieri potest extendantur, indice tamquam horologii cujuspiam

Nota signi
que quadra
genarii nu-
meri.

cujuspiam gnomone prominente, quadraginta significabantur. Atq; hoc illud est quod apud Apulejum habetur: *Cum vero XL, quæ facilius cæteris porrecta palma significantur, ea XL, in dimidio augeat, non potes digitorum è gestu errasse, nisi forte triginta annorum Pudentillam natus, binos cujusq; anni Consulatus numerasti.* Hæc ille disputat oratione secunda pro seipso, ubi Pudentillam quadragensimum annum non excedere contendit, quam Æmilianus jam sexagenariam deposuerat, ideoque nefas esset eam ad nuptias sollicitare, quando, ut sacri etiam interpretes ajunt, sexagenarius numerus viduitati facer est, ut paulo infra loco suo plenius. Facit & ad virum hic annorum numerus. Nam Philon problemate proposito. *Quare Isaac quadragenarius Rebecam duxit?* tempus id congruum maritali copulæ ait sapienti viro, idque fieri boni ominis causa: quia semen in vulva reconditum quadraginta diebus in masculum figuratur. Esau quoq; quadragenarius Judithen uxorem accepit.

IGNOMINIA. CAP. XL.

*Mystica
quadragenarii numeri
significationes.*

Apu^d Hebræos in flagris quadragenarium numerum vel uno excedere infame habitum, & pro ignominia nota accipiebatur. Unde illa in actis v. *illi autem ibant gaudentes à conspectu Concilii, quod à digni habiti essent, qui pro nomine Jesu contumeliam paterentur.* Verbum autem Græcum illud *ἀτιμωτός*, habet infamiam notatum indicet, sed & intestabilis fit, & ad honores non amplius idoneus haberi possit. Apud Hebræos enim lege cautum erat, ut si quis vel unam plagam supra quadragenas accepisset, ad honores & dignitates consequendas non amplius idoneus haberetur, hinc locus ille cap. xi. secundæ ad Corinthios epistolæ patefcit: *A Judæis quinquies quadragenas, una minus, accepi.* Cur, *una minus*, quærit Theophylactus? atque ea citata lege jussisse ait Judæos tot numero plagas, una minus, infligi, ne illis cederet ad ignominiam, si forte peccator ultra constitutum numerum provectus esset: quod si errore, vel casu aliquo accidisset, eam esse voluerant quadragenam: cupiebant enim eum per ejusmodi castigationes ad se trahere: quod si tacere potuissent, par erat, ut hominis doctrina, ingenium, & fandi vis, honores sibi deposcerent, quos nequaquam deferre recusassent. Cavebant vero ne ad repulsam locus esse posset ignominia. Sunt qui simpliciter rem accipiant: quia Judæi literæ tantum additi, habebant in lege, non excedendum in flagris numerum quadragenæ. Sed nos illud, *una minus*, pensitamus. Neque nescimus Moysem illum plagarum numerum ideo non excedendum instituisse, ne forte qui castigandus tantum esset, animia flagrorum repetitione exanimaretur. Cujus verba sunt Deuter. xxv. *Sin autem eum qui peccavit dignum viderint plagis, prosternerent eum, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat ut quadragenarium numerum non excedat, ne scæde lacentius ante oculos tuos obeat frater tuus.*

REDEMPTIO. CAP. XLI.

Est & ea quadragenarii numeri consideratio in Divinis literis, quod à v. anno usque ad vigesimum, qui se Deo voverit, redimere sese potest fructu quadragenario. siclis quippe xx. sive, ut Septuaginta reddidere, didrachmis. Siclus enim, ut sæpe dictum, duabus æstimatur drachmis. Illa igitur drachmæ sunt. xi. Hujusce rei hieroglyphicum significatum est, ut præter sensum castigationem, possit ea ætas jejuniis interim & orationibus vocare, donec eo perveniat, ut opulentioris doctrinæ fiat idonea. Ad operis cujus quandam similitudinem Moyses per xl. dies jejunos orationis operam dedit.

QUATERNA MILLIA. CAP. XLII.

Ac ne idem sæpius repetendo morosus fiam, qui gestus, quæve digitorum collocatio in levâ, cum iv. notarem, eadem figura statusq; idem in dextera quatuor millia computabit. Quia vero polliciti sumus loco hoc rationem reddere, cur Romani millia hæc per rectam lineolam, & siclicos (ea est certi ponderis nota ad apostrophi, quonunc plurimum utimur, similitudinem) hinc inde adalligatos figurarint, ostendendum est. Manifestum est millenarii numeri notam, quæ tam antiquis in mor-

Milleuarii numeri & aliorum nota.

in marmoribus inspicitur, hac fuisse figura, duo millia vero sicilicis ad rectam lineolam duplicatis tria millia, triplicatis quaterna millia, quadruplicatis . Præteribo millenarium, quod id signum & à Prisciano & aliis agnitum plerisque locis in conspicuo est. Duo millia, Mediolani videas in hortis qui olim Zichi Simonetæ fuerunt, porta Comensia, ea inscriptione, cujus initium est, C. VALERIUS C. F. O. V. F. & quæ sequuntur. Cai fil. ob votum fecit. Denique

HS. ARBITRATU VALERIE C. F. SORORIS. & Ravennæ apud Petrinum Sueffanum, MONUMENTUM **HS.** EX TESTAMENTO. Sed impressores nonnulli signum vitiarunt, utpote qui HS. C. C. T. D. D. imperitissime fecerunt. Terna vero millia hac ratione signata conspiciuntur in antiquissimo codice Medicæ bibliothecæ Florentiæ, nunc ad D. Laurentii dicatæ per Clementem VII. P. M. epistola ad Caninium Salustium, quæ lib. II. incipit: *Literas à te mihi Sator, eo loco.*

B *Quod scribis ad me de drachmis cccliii. notatum est* de drachmis, quod computat tribus millibus. Ac ne in quatuor millibus similiter signandis immerer, sicilicet hæc ut semel dicam, demum erit regula, ut quotiescumque sive apud Plinium, sive Livium, & alios, præcipue vero in Verrinis, I. unum inveneris duobus CC. præpositis, totidem vero II. subiectis, ccli. interdum etiam hoc modo per X. denariam notam, cclxx. tu, *facito, nulla dubitatione impeditus.* Ubi cccliii. vel ccc lxxx. tu, . Ubi ccccliv. vel cccclxxx. tu, . & millena tot similiter credas.

QUINQUAGINTA. CAP. XLIII.

Quinquaginta vero hieroglyphice per digitos indicandis, lævæ pollicem, palma tota passa, deorsum inflectes, & r. tertie apud Græcos literæ similitudinem effinges: non autem ut Erasmus ex depravato Bedæ codice scripsit, cum quinquaginta pellicem exteriori arcu instar Græcæ literæ g incurvatum ad palmam inclinabis. Sed jam ad hujus numeri hieroglyphica veniamus.

REMISSIO VEL INDULGENTIA.

CAP. XLIV.

Erat autem hic numerus remissioni & indulgentiæ consecratus. In veteri enim lege quinquagesimo anno cujusque obligationis remissio condonabatur: quippe si quis possessionem distragisset, recipiebat, si liber in servitutē incidisset libertatem assequeretur, indulgentiam debitor accipiebat, exul in patriam redibat.

EFFOETUS. CAP. XLV.

Per eos qui alterum à quinquagesimo vitæ annum excessissent, cur nonnulli effæto jam corpore, mentis quoque & ingenii debilitatem significari dixerint, non sat scio: nisi Aristotelis dicto freti sint, qui in Politicis ait, post annos l.ii. ingenii vigorem evanescere. Unde etiam Euripides Bacchis dixerit:

τὸ γῆρας ὑμῶν, εἰ σαρῶ, νὴν σὸς ἔχει.
Cerno, senectus vestra mentem non habet.

Atque alius non minus dicax, ait:

Πολιά γῆρας ἀήνους, ἢ Φρονήσεως.
Cani judicant ætatem, haud prudentiam,

Sedenim ad hæc amplissimus erit alibi respondentem locus.

PLURIMI. CAP. XLVI.

Et hic quoque numerus, multitudinem significat, quo libenter utitur Maro:

Quinquaginta intus famula.
Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydræ.

Nnn

Quam

*Quinaria
inta capiti
si centum
novem ca-
ita habet
em.*

*En. lib. 1.
& lib. 6.*

*Numerorum
origo & no-
ta varia.*

Quam tamen & Simonides πεντηκοντακάλου appellavit, cum Alcaeus ἐν πεντακάλου dixerit, uti su-
perius meminimus. Ut cumq; autem quinquagenarius numerus describatur, spiritalis vite hierogly-
phicum est, & animi ejus qui divinis intentus, sublimia quæque mente concipiat & contempletur:
perinde ac duplicatis in centenariū negotiosum significat. Quinquagesimo enim post resurrectio-
nem die sancti Spiritus afflatus advenit. Et operum nostro: um fructus uberrimi atq; pinguis, ad
centenarium usque numerum cumulantur, eorum, in qua a, qui vita integri, scelerumque puri pere-
grinationis nostræ cursum pie sancteque peregerunt. Hic vero numerus centenarius non sine my-
stio per quinquaginta potius didrachmas, quam per drachmas centum exprimitur in significato hu-
jusmodi: sed quinquaginta bis, ideo complectitur, quia nullum bonum integrum & perfectum opus
esse potest, absque ipsius sancti Spiritus ope auxilioque. Ad similitudinem autem quamdam gestus
ejusmodi, qui quinquaginta præ se fert, factum putarim, ut Latini ejus numeri notam i. elle volu-
erint: quanquam non desint ingenia, quæ re super ea sic philosophentur, aut ratiocinentur potius.
Numeri à punctis prius originem traxerunt: sed quia erant adeo exilia, puncta ipsa aliquantulum
ut usque novem lineolis totidem unumquemque numerum notarent, molestiam & inconcinnam
rationem fore suspicati sunt: ad compendia igitur animum verterunt, & pro quinario, ne quinque
lineas facerent, una signata, reliquas quatuor, per obliquam unam à tergo ductum, **N**, fecerunt.
Mox usui placuit, ut expeditior esset scribendi ratio, pro nata ea V. vocalem quintam statuerent, mox
que usq; novem unitates eas addere, prout numerus quisque postulabat. Ad denarium cum venis-
sent quinque duplicarunt: ita tamen ut secundum inverterent, & subjicerent priori, unamque face-
rent notam per decussationem. Tribus his notis processum est usque ad quadraginta & novem.
Visum est inde facere ad commoditatem, quam ex compendio aucupabantur, quinquaginta no-
tandis, signum illud ex una obliqua linea pro quatuor rectis, & quinta a delligata ferrigere, ut ha-
ret quæ pendeat in latus, quæ stabat in planum deiceretur. Ita ex L. nota sunt quinquaginta. Ven-
tum mox ad centena, quæ per primam ejus nominis literam intelligi voluere. Ad quinquagin-
ta cum venissent, rectam lineolam quæ jacebat in quinquaginta, in semicirculum adcurvatam sur-
rexere in hunc modum **L** quam notam imperiti superiori capiti conjungere, quartam Alpha-
beti literam arbitrati. Atque hoc illud Sicilium est, de quo facta mentio in millenariis, quod
à tergo quingentorum **H** ita applicitum, **J**, mille facit: & ita reliqua, uti supra di-
ctum.

QUINA MILLIA. CAP. XLVII.

Quina vero millia, quo gestu L. in læva, eodem in dextera composito figurantur.

SEXAGINTA. CAP. XLVIII.

Si vero pollicem eo gestu inclinatum, quo quinquaginta per se significat, toto indice circum ducto
diligenter à fronte præcingamus, sexaginta constituemus. Hinc errore fieri non potuisse dicit
Apulejus, ut Æmilianus, contra cujus accusationem causam suam agit, sexaginta pro quadraginta
protulerit: quia longe diversus est utriusque numeri gestus.

VIDUITAS. CAP. XLIX.

*Etas vidui-
tatis qua.*

PER numerum sane sexagenarium, uti dicebamus, viduitatem veteres significabant: quod mi-
lier id ætatis nata haudquaquam amplius idonea est ad conceptum, propterea quod ab eo anno-
rum numero claudi vulvam Philosophi naturæ contemplatores tradunt, ideoque ulterius illi nu-
bere non licebat: cui legi plurimum nititur Æmilianus contra L. Apulejum. Si qua vero, quod ali-
quando accidisse ferunt, natu tam grandi concepissent, ostenti loco habitum. Quare Elisabethæ
conceptus grandæ va ea ætate pro miraculo adducitur à divino nuncio, ut virgini Deiparae fidem
faceret, posse Deum, quacumque naturæ vim excedunt efficere. Sara etiam cum à summo Numi-
ne sibi jam nonagenariæ promitti conceptum audisset, risit, utpote quæ id naturæ lege fieri mi-
nime

A nimè posse cognoscebat. Paulus quoque, qui sexagenarium numerum viduitati dicatum agnoscebat, illi, inquam viduitati, quæ casta, sincera & intaminata in solitudine perleverat, ubi probatam mulierem eligi mandat, quæ junioribus præsit, *Vidua, inquit, eligatur non minor LX. annorum*: ad eum usque numerum scilicet, perfectionem in muliere designans, & qui est viro infirmior, non nisi sexagesimum fructum colligit in Divinis literis. Ideo, si se redemptura sit mulier, Levitico, didrachmas *LXX. offerit, id est, fructum sexagenarium. Eruditeque ad modum D. Hieronymus causam, ut sexagenarius numerus ad viduas referatur, explicare volens, ad numeri ipsius hieroglyphicum se confert: in quo scilicet pollex à superiore digito deprimitur, arcuque cinctus ab eo in quantis affligatur angustis ipsa viduitas, ostendet, quæ ita sit undecumque cohibita. Mox illud addit ad consolationem: Quanto scilicet major est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto majus propositum esse præmium.*

LXX. ET SEPTENA MILLIA. CAP. L.

B UT vero & reliquas tres decadas attingamus, septuaginta exprimebantur, ut Beda tradit, indice ut supra circumducto, pollice vero ita exporrecto, ut in medium indicis artum affigatur. Neque aliud super hoc numero mysticum adinveni. Idem gestus in dextera, sed non ex Bedæ sententia septena millia computabat.

OCTOGINTA, ET OCTONA MILLIA. CAP. LI.

Index idemdem circumflexus, pollexque protentus, ita tamen ut ejus unguis extra medium indicis articulum prominens appareat, octogenarii numeri est hieroglyphicum in lava, in dextera octona millia signat.

ADORATIO. CAP. LII.

Qui quidem gestus ad os admotus adorationis hieroglyphicum est: de quo Apulejus *III. Metamorph.* Et admoventes oribus suis dexteram, priore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.

NONAGINTA, ET NOVEM MILLIA. CAP. LIII.

Per inflexum autem lavæ indicem, ita ut ejus unguis ad radicem pollicis applicetur, pollex liber extet, qui superiore numero, toto extremo articulo oppressus ab indice, nonagenarius exprimitur. In dextera gestus idem millia novem. Ita cum ad novem & nonaginta perventum est, manus omnis ita clauditur, ut pugnum faciat pollice superextante, & ad mediam infamis dorsum exporrecto. Qui si pugno ita includatur, ut cum ungue suo totus occultetur articulus, sexaginta novem attenuet.

TACITURNITAS. CAP. LIV.

Superesset de myriadibus dicere, quæ per manum variis gestibus modo ad pedus, modo ad femur applicatam indicantur, de quo apud Plautum:

Pectus digitis pulsat, cor credo evocaturus foras.

Ecce autem avoritur nixus lava, in fæmore habet manum,

Dextera digitis rationem computat, feriens femur.

Sed quoniam intentio nostra fuit hieroglyphica conquirem, non artem omnem numerandi tradere, & argumentum id non indiligenter à Beda explicatum, & jam in omnium manibus versatur: finem huic dictioni facturus, quo numero taciturnitatem Ægyptii soliti sint indicare, non est animus præterire. Erat is utique *MXCV.* mille scilicet & nonaginta quinque: qui partim dextera, partim lava designabatur. Mille, uti superius ostensum est, dextera manus indice, ad primam sui pollicis suffraginem appresso, summoque ejusdem articulo super indicis ungue inclinato. Quinque vero & nonaginta, in lava tribus inferioribus digitis, inflexo infami, anulari & auriculari porrectis, indicis autem ungue ad infimam pollicis suffraginem affixo. Causam vero cur eo numero taciturnitatem

tatem Ægyptii significarent, eam afferunt: quod compertum est eo dierum numero, qui annos tres complectitur, nisi coeperit puer effari, linguam ejus præpeditam esse, neque ullam superest speciem ut amplius loquatur. Sunt qui Pythagoram triennale silentium dicant hinc instituisse, ut naturæ species exprimeretur in discipulis: quos, ut tunc primum natos, alendos educandosque animi cibo suscepisset. Sed nos in taciturnitatis mentionem illapsi, ejus demum memores, ne hominem gravioribus occupatum studiis & disciplinis, in leves adeo nugas avocare videamur, dicti illius sapientissimi, MANUM DE TABULA, non frustra vulgati, memores, nihil ulterius super digito loquimur.

Apollo nobiliss. pictoris auctor Plin. lib. 35. cap. 10.

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXXVIII.
QUA RATIONE LITERÆ ET
DISCIPLINÆ HIEROGLYPHICÆ
SIGNIFICANTUR.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

Ad Illustriss. ac Reverend. Dn. Herculem Gonzagam Cardinalem Mantuanum.

Furnius tuus, Antistes Illustrissime, vir plane probus, & disciplinis optimis pereruditus, cuius tu optime non solum ad doctrinam, sed ad rerum tuarum etiam administrationem, uteris, proximis hinc diebus cum Romam advenisses negotia tua curaturus, impendio me rogavit, Leonem meum illum Ægyptiacum, quem olim Amplitudini tuae dedicare cogitasset, sibi videndum tradere: Respondi, fuisse quidem olim id consilii, sed pro re nata captum: quia scilicet clarissimus adolescens discipulus meus, Hippolytus Medices, quo tempore Florentiæ in honore erat, leonem factum qui expellabatur in dies, ad Illustriss. Principem Fridericum fratrem germanum tuum mittere decreverat, marem & faminam oriturus. Id enim frater ipse tuus propagandi semini causa, maxime cupiebat. Ita volebam ego, dum leonculorum illud par splendidiſſimo fratri tuo oblatum in propatulo spectaretur, haberes & tu Leonem alterum interiorum, quem una cum eruditissimis, quos domi alis, amicis atque clares: multa enim insunt Leoni, qua studiosorum omnium ingenia semper exercuerunt. Verum accidit, ut spem falleret leona: quia utramque feminam edidit. quare sublata mihi quoque mittendi Leonem meum occasio: quia neque factum illa jam erat transmittenda, sine qua si meus venisset Leo importune accedere visus esset. Captum tamen cogitare, numquid aliud invenire possem, quod ad ingenii tui sublimitatem videretur accommodatius, cum opportune de studiis tuis ex ipso eodem Furnio, qua mihi mirifice placuerunt, intellexi. Agebat enim re Philosophiæ & divinarum literarum lectionibus incumbere, maxime vero pietatis nostræ ignibus incensum, cogitationes omnes tuas ad ejusmodi disciplinam convertisse, qui quidem nuncius mihi accidit jucundissimus: quandoquidem, si quid ego hujusmodi scribere instituissem, quod ad hoc ipsum, quod tibi adeo cordi est, argumentum facere videretur, sperabam me tibi rem longe jucundiorum effecturum. Erat vero mihi tunc præ manibus, de literis & disciplinis commentarium, quod ad explicanda Ægyptiorum, atque adeo majorum etiam nostrorum quadam super his mysteria confitebatur: quibus scilicet imaginibus per hieroglyphica Sacerdotes Ægyptii, per mystica mox verba veteres Hebræorum patres, literas essent indicare soliti, quibus disciplinas, quibus demum sapientiam ipsam figurassent. Interrogavi Furnium, an commentarium hoc, pro Leone missum, ulla tibi esset in parte placiturum. Legit, & ut animo est egregie candido, approbavit, suavitque ut omnium summorum contatione libellum omnino ommitterem. Cujus ego judicio fretus, nam cum palati tui optime callentem arbitrabar, quam primum per occupationes licuit commentarium absolvi, tibi, statim, quicquid id esset, dedica-